

Si eo ipso nomine, iisdem litteris & syllabis atque apicibus vocitandus foret Messias, sed quod talis re ipsa futurus es- set, qualis eo nomine *Immanuel* describitur. Confer Ies. IX, 6. Sensus itaque hic proprius est: *Vocabunt nomen eius IMMANVEL, i.e. vere erit DEVS nobiscum, ut est μιςθεος μηνευόμενος apud nostrum Euangelicum Scriptorem*, v. 23. Nomine autem IMMANVEL insinuatur *geminata Christi natura*. Est enim, in unitate personæ, DEVS & Homo, Goël vocandus *Immanuel*, seu *innocandus* reli- giosissime. *Ecce! Deus vester.* Eſ. XXXV, 4. XL, 9. 3. XXV, 9. 54, 5. 52, 6. 7. 10. Præterea de vi Nominis IMMA- NVEL, insignis apud *Mattbaum* habetur *Commentarius*, v. 21. quod necessario primoque includat saluationem a PEC- CATIS; vt pote extra quam remotionem *oppositi* non da- tur *unio*, scilicet *DEVS nobiscum* 1. Ioh. I, 7 - 3. Eſ. LIX, 20. 21. 2. Ioh. 8, 24. 28. 29. 36. 20, 17. 23. 28. Vide infra p. 17. & confer loca de Officio Messiæ circa PECCATA, de quo moderni Iudæi nil adeo scire satagunt. Ies. LIII, v. 6. 2. Dan. IX, 23. Zach. III, 9. XIII, 7. 9. Exod. XXXIII, 16. 14. 19. (vbi τὸ ιημων de facie Dei hypostatica, aptissime v. 16. respondet curæ præsenti. item Exod. XXXIV, 9. Deut. XVIII, 16. 17. 18. V, 2. 24. 25. Sap. X, 1. Luc. XV, 2. V, 30. seq.) Ioh. XIV, 1. 9. 1. Petr. III, 18. Eph. V, 27. 30. 32. Ebr. I, 3. 9. 2 Cor. V, 19. 21. Vide omnino *Commentar.* B. Sebaſt. Schmid. h l. & Urbani Regii *dialogum*, noue excusum, p. 17. 13. 85. seq.

PORISMATA.

I.

DOGMATICA.

I.) *CHRISTVS, qui dicitur IESVS Nazarenus, Fi- llus Virginis, Christus noster, est ille verus Messias & Immanuel.*

B

Id